

septem planetis vitam actionesque hominum & euenta rerum tribuerent. Quod commentum ex nimio astrologiæ iudiciariæ studio profectum est, quem errorem secuti sunt postea Priscillianistæ.

2 Error. Deum vnum & eundem in persona vna & ἕως ἄσπετος diuersis nominibus appellari, & diuersas personas censerī, Patrem cū cogitat: Veritatem cū patefactus est, & Hominem in his terris. Itaque Deum ipsum appellat hominem & naturarum confusionem inducit.

3 Christum ex xxx Æonibus tanquam flosculum compactum & decerptum esse tanquam Hesiodi Pandoram, vnde appellari εὐδαιμόνιον, quod πᾶν πλήρωμα πύδουκισσε.

4 Iesum à Christo tanquā duas separatāsque personas diuellit. Hinc Nestoriani.

## CAP. XVI.

Heracleonitæ vnde dicti. Quorum erroris tres hypotheses hīc traduntur.

**H**eracleonitæ ab Heracleone<sup>1</sup> discipulo superiorum. Duo asserunt<sup>2</sup> principia, vnum ex altero, & ex his duobus alia plurima. Feruntur autem suos morientes non modo quasi redimere, id est, per oleum, balsamum, & aquam, & inuocationes, quas Hebraicis verbis dicunt super capita eorum.

1 Heracleone.) Heracleon, non autem Heraclicion (sic enim legendum est) Valentiniani dogmatis defensor fuit, qui differt & secta & tempore à quodam alio hæretico nomine Theoco, qui Heracleota à patria Heraclea, quæ vrbs est Thraciæ, nomi-

nomi-